

DISCURSUS PHYSICUS
PSYCHOLOGIAM HU-
manam exhibens.

QUEM

Divina assistente gratia, in Regia Academia CHRISTINEA,
qua Aboa Fennorum est, è Veneranda Facultate Philosophica
decreto unanimiq; suffragio.

RECTORE Magnifico, Plurimum Reverendo Viro,

D. M. GEORGIO ALANO,

S. S. Th. Prof. Primario, nec non Ecclesiarum in nominatà Ci-
vitate & Nummis Pastore vigilantissimo, dignissimo.

Decano Spectabili, Nobiliss; ac Consultissimo Viro,

DN. MICHAELE GyllenStålpe

WEXIONIO, J. U. & Phil. D, Juris, Pol. & Hist: Pro-
fessore P. Excellentissimo.

Sub Directione, Reverendi VIRI,

Dn. M. ABRAHAM Georgij

THAU V. Phys. & Botan. Pr. P. Subtilissimi.

Honorum Magisterialium obtinendorum gratià publicè
& placidè φιλοσοφῶν κοίτης credit

Joël LaurBecchius O-Gothus.

Ad diem 20. Aprilis, horis Consuetis, Anni 1653.

A B O Æ,

Excusa Typis Acad. in officinâ p.m. Petri Wald. An. 1653.

S. R. M.^{tis} *Servitori fidelissimo,*

Genere & Virtute Nobilissimo Strenuo magnanimoq; Viro,

DN. JOHANNI GALLE/

Hæred. de Steeninge/ &c. Optimè Constituto cohortis

equestris viceChiliarcho fortissimo, ut Musarum, eisq; litan-

tium fautori propensissimo; ita studiorum suorum Patrono deside-
ratisimo, omni honoris cultu jugiter prosequendo,

U T E T

Prudentissimis, Spectatissimis & Honoratissimis UIRIS,

Dn. PETRO Chesleeff/ Regij Ju-

dicii, quod Aboæ est, Assessori æquissimo, Promotori suo
devenendo.

Dn, Eliæ Joannis, ditionis Abo-

ënsis & Arctopolitanæ Logistæ solertissimo, ut Sympatriotæ
ita Fautori suo maxime honorando.

Dn. Gottfrido Rößkamp/ Metro-

polis Aboënsis Civi & negociatori pr. Benef. suo colendo.

Dn. Olao Johannis, Generosiss. Dn. Ca-

tharina Dreasterna in Lempsöholm & Jappila Redituum exa-
ctori maxime industrio Evergetæ suo commemorando.

Dn. Israeli Gøök/ Redituum Aca-

demix hujus Scribæ assiduo, amico suo singulari.

Disputationem hanc Inauguralem in gratitudinis & ob-
servantia signum Reverenter, officiose & amicè D. D.

JOEL LaurBecchius.

In Nomine J E S U.

I N G R E S S U S.

Hominem, qui à nonnullis *μικρογκός μὲν* rectè appellatur, Duabus constare partibus essentialibus, iſſq; præstantissimis, Corpore ſz. organico, & animâ Rationali, neminem sana mentis compotem inficias iturum reor; Nam materia & forma compositum ingrediuntur, illudq; constituunt: Corporis præstantiam, quod anima rationalis domicilium est, non solum artificium, pulchritudo, admirabilis structura, organorum copia, quibus omnia animantium corpora superat; Sed & maxima singularum partium Symmetria & Harmonia, quam præ cæteris obtinet, arguunt & commendant. Anima verò longè majora commendabilem faciunt; Etenim quod DEUS in mundo, id anima rationalis in homine, per hanc sumus, per hanc intelligimus, per hanc volumus, per hanc discriminamur à brutis, & associamur Angelis, imò ipsimet Iehovæ; per hanc actiones, in quibus vita nostra felicitas consistit, exercentur. Hanc principalem hominis partem, ſz. animam, utcumq; difficilem, quippè *δυσχολατὰ καὶ ἀλα*, hâc Disputatione explicandam proponimus non ut deberet, animi enim abyssum, vix satis mirari, nedum perillustrare valemus, sed ut fieri potest, quadantenus rimari conabimur, est aliquid prodire tenus, si non datur ultra. Ideoq; ejus naturam sequentibus proponemus Sectionibus.

SECTIONIS PRIMÆ De ejus ortu.

Originem dum mihi considerandam assumo, necesse est ut una cum patribus & antecessoribus doctissimis, rem esse stupendâ admirandâ & arcanam clamem, idcirco & quidam hac de re nihil statuerunt;

Verum sunt & alij qui aliquid defini verunt & propugna-
 verunt; quorum sententiæ var:æ sunt: *α* Quidam eam
 quotidie creari, idq; vel *Mediate* vel *immediate* volunt: *β*
 Quæ sententia admodum insuls: videtur. *β* Quidam
 eam è potentiâ materiæ educi statuunt. Qui modus
 propagandi suis ab inconstodis & absurditatibus liberari
 nequit. *γ* Quidam eam statim primo generationis tem-
 pore, cum semin:â parentibus propagari & traduci, ita
 quidem ut semen non existat absq; animâ, sed eam in se
 latentem habeat, quæ postmodum suas in elaborato cor-
 pore operationes exercet; *Seu ut alijs placet:* eam inci-
 cendi ab animâ parentum prædefinito a DEO I. O. M.
 tempore, non aliter ac lumen incenditur à lumine, acce-
 dente benedictione Divinâ, modo tamen soli Deo per-
 fectè cognito; Cui nos subscribimus inter alia moti hoc
 argumento. *Quicquid enim generat & propagat se secun-
 dum speciem suam; id per suam formam specificam generat;*
**Forma n. facit speciem & operationes edit in corpori-
 bus; imò unicum principium generandi primum & prin-
 cipale.** Unde sequitur. *α* Res naturales in genera-
 tionibus physicis, producere similem speciem, quia ge-
 nerant per formam suam secundum speciem suam; *β*
 Alias enim generatio non esset secundum speciem, sed
 præter speciem. *β* Animam humanam, quæ hominis
 forma specifica est, producere formam suæ speciei, quia
 producit speciem, ut modo vidimus. *At res naturales
 in generationibus naturalibus, generant & propagant se secun-
 dum species suas:* Expressa enim Dei vox est: *Faciet terra
 fructum juxta speciem suam, cui insit semen suum su-
 pra terram.* Item: *Crescite, &c.* Ergo *res naturales
 generant & propagant se per formam suam specificam.* Et
 per consequens, ut materia generatur à materiâ, ita ani-

ma, quæ spiritualis est, incenditur a: animâ parentum.

Quod erat probandum.

SECTIO II. De eius Definitione quæ duplex.

I. *Nominis, Animæ hic Rationalis dicitur (quæ quæ voces unum conceptum significant) a facultate ratiocinandi, notatione desumpta a fine seu effecto, quia homini Rationabilitatem largitur, accipitur hic loci non Tropice pro ipsâ vitâ, vel pro habitu vel pro toto animato. Sed Proprie, idq; non absolute, prout concipitur sub Conceptu quidditativo spiritus, h.e. ut in se est substantia spiritualis, & nullum respectum habet ad materiam, quoniam modo ad disciplinas superiores spectat, sed Relate ut est forma, substantialis hominis, seu ut est altera pars hominem constituens, & varias operationes inibi exercens, quæ materia contradistinguitur. Quia est forma corporis animati. Iam Physica non minus agit de forma quàm de materia, seu, non minus de partibus quàm de toto; Et appellatur pro diversitate operationum, Ratio, mens, memoria intellectiva, voluntas, animus.*

II. *Rei, quam non ut volumus, sed possumus talem damus: Anima Rationalis est actus hominis per quem vim habet intelligendi & volendi. Hæc constat conceptus, 1. Convenientie seu Generico, quem designat vox, actus, qui altius pensitatus nihil aliud notat tandem quam formam, cum non intelligatur, *ενεργεια* seu actus secundus proveniens a suo principio, sed *εντελεχεια*, seu actus primus, qui omnium operationum causa & fons est; Quod enim agit, actus secundus esse nequit, Quis enim audivit effectum & efficientem esse idem? Sed anima rationalis agit, non saltem dando esse, distingvi & operari, sed & actuando, idq; tripliciter, actuatenim a materia, inferendo ei determinata attributa, & dando ei esse accidentale,*

quod facit in materiã per modum adjuncti. β Compositum, dando ei ultimam perfectionem, quod facit per modum formæ, ut talis est. γ Effectivè, quia producit operationes; ϵ . *actus secundus esse nequit.* Ergò inferitur axiomata hæc duo esse æquipollentia: *Anima est actus* *Anima est forma*: Illa n. actui quæ formæ ascribuntur. Quod erat probandum, Nota: *Actus* hic non est *accidentalis*, quia accidens absq; proprio suo subjecto subsistere nequit; accidentis enim esse est inesse. Verùm anima separata à corpore permanet superstes. Sequitur ergò eam non esse *temperamentum*, non *quantitatem*, nec *qualitatem*: Sed *Substantialis*, quia per se subsistit & sustinet *accidentia*; Non *Corporeus*, quia duo corpora, si mul in eodem loco, sine penetratione dimensionum, quam natura non admittit per unionem naturalem & substantialem esse nequeunt. Sed *spiritualis* & *incorporeus*; Quia ejus operationes utpotè intellectio & volitio, merè sunt immateriales, quæ conditionem materiæ transcendunt. *Isq; incompletus*, quia est determinatus ad conjugium corporis humani, cum quo conjunctus unum & *simpliciter* efficit.

II. *Differentia seu specifico* qui sumitur I. *A Subjecto informationis*, quod est *homo*, Anima enim non corpus sed hominem informat. Si enim corpus substantialitèr informaret tum etiam corpus intelligeret, quod negandum est. Actio enim formæ, solum tribuitur formam habenti, & eam potentiam ex quâ immediate oritur actio. Jam corpus non habet potentiam intelligendi. Ergò nec informatio ei attribuitur. II. *A potentijs seu facultatibus animæ proprijs & primarijs*, sc. *à vi intelligendi & volendi*, per quas perficit operationes hominis à quâ formati sui proprias, adeòq; per eas se exercit in corpore. He

facultates ab ipsâ animâ differunt, tanquam accidens à substantiâ, non autem subiecto, sed definitione & essentiâ & ita realitèr. . . Etiam inter se differunt per propria objecta & actus proprios: De quibus Sectione Tertiâ.

Ex his e deducuntur talia Coniectaria. I. Anima in homine tantum est unica, scz. specifica & ultima, Ergò in homine, præter animam rationalem non datur vegetativa & sensitiva; Seu non sunt tres distinctæ animæ. II. Est indivisibilis. Ergò est tota in toto, & tota in qualibet parte.

S E C T I O T E R T I A.

De ejus Facultatibus, quæ duplices.

I. Propria, quæ discriminant hominem à brutis, sunt
1. Primariæ non ita alligatæ corporeis organis, sunt, a
Intellectus, (ut hic capitur pro potentiâ intelligendi) est facultas animæ rationalis ad verum cognoscendum ordinata. Hujus (a) Objectum est omne Ens in quantum verum est & cognosci potest. (b) Actio est intellectio, quæ dicitur actio quatenus refertur ad mentem, quæ suâ vi intelligit, Passio verò respectu speciei intelligibilis, quæ ab ea recipitur. Estq; vel recta vel reflexa. Intellectus distinguitur, vel a quoad modum agendi In agentem, qui species rerum intelligibilium efformat, & Patientem, qui non in alio sed in seipso hanc speciem efformatam recipit. Agentis sunt tres operationes, Simplicium apprehensio, compositio & divisio, ratiocinatio seu discursus.
b Ratione objectorum; In speculativum, qui circa necessaria, Et Practicum qui circa contingentia versatur. ß
Voluntas (ut hic capitur non pro quovis appetitu, sed proprie pro eo, qui mentis est duntaxat,) est facultas animæ rationalis ad malum fugiendum & bonum appetendum ordinata. Hujus (a) objectum, est bonum tum verum tum ap-
parens

parens & malum. (b) *Actiones. Velle & nolle, eaq; duplices Elicite & imperata, &c.* II. *Secundariæ, quæ multis corporeis organis alligatæ. Sunt a Ritus, qui ad objecta risibilia representanda ordinatus. Cujus objectum est res ridicula. ß Sermo, qui ad res mente conceptas enunciatione manifestandas ordinatus. Cujus objectum sunt res mente conceptæ.*

II. *Communes homini cum brutis, quarum excellentior & eminentior ratio est in hominis viribus. Harum alia est vitalis & vegetans, eaq; divid. in facult. Principes & Ministras. Alia verò est Animalis, eaq; est apprehensiva per sensus, Cognoscitiva & Locomotiva. In hac & alia latius excurrerem, sed quoniam pagellæ, quarum major non licet esse copia negant, hisce subsistere cogor.*

Præstantissimo atq; Doctissimo VIRO-Iurveni,
DN. JOELI LAURBECCHIO O-Gotho,
Philos. Cand. meritiss. pro Summo in phil. Gradu obtinendo elegantè
Disputanti, ita licet occupatissimus, gratulari valui

Vicisti lætor LAURBECCHI! Ergo cerè corollam
Accipis & dignè laudis honore cluis.

Sic sudasse juvat, sic laus est credito Lector.

Mularum angustas incoluisse domos.

SVENO CLODINUS.

A D solem ut corpus, comitatur flexilis umbra;
Sic artes Themidos, premia digna manent.
Cernimus exemplum LaurBecchi in te quoq; vivum,
Dum studij assidui, digna brabea capis.

Ita L. M. q; Præst. DN. CANDIDATO gratulabundus applaudebat.

LAURENTIUS SIGGONIUS.

